

IOANNES DUNS SCOTUS
TRACTATUS DE PRIMO PRINCIPIO

GIOVANNI DUNS SCOTO
TRATTATO SUL PRIMO PRINCIPIO

CAPITULUM PRIMUM

1. Primum rerum principium mihi ea credere, sapere ac proferre concedat, quae ipsius placeant maiestati et ad eius contemplationem elevent mentes nostras.

Domine Deus noster, Moysi servo tuo de tuo nomine filiis Israel proponendo a te doctore verissimo sciscitanti, sciens quid posset de te concipere intellectus mortalium, nomen tuum benedictum reserans respondisti: *Ego sum, qui sum*. Tu es verum esse, tu es totum esse. Hoc <credo, hoc> si mihi esset possibile, scire vellem. Adiuva me, domine, inquirentem ad quantam cognitionem de vero esse, quod tu es, possit pertingere nostra ratio naturalis ab ente, quod de te praedicasti, inchoando.

2. Quamvis entis sint plurimae passiones quarum consideratio valeret ad propositum prosequendum, tamen de ordine essentiali tamquam de medio fecundiori primo prosequar isto modo: In hoc primo capitulo divisiones quatuor ordinis praemittam, ex quibus colligetur quot sunt ordines essentialia.

Manifestatio vero divisionis tot requirit: primo, ut dividentia notificentur et sic ostendantur contineri sub di-

CAPITOLO PRIMO

1. Il primo principio delle cose mi conceda di credere, di comprendere e di esprimere ciò che piace alla sua maestà e può elevare le nostre menti alla sua contemplazione.

Signore Dio nostro, al Tuo servitore Mosè che cercava di conoscere da Te, maestro assolutamente veritiero, con quale nome avrebbe dovuto annunciarTi ai Figli d'Israele, Tu, sapendo ciò che l'intelletto dei mortali potrebbe arrivare a concepire di Te, hai risposto, rivelando il Tuo nome benedetto: *Io sono colui che sono*¹. Tu sei l'essere vero, Tu sei tutto l'essere. Questo è ciò che credo, questo è ciò che, se mi fosse possibile, vorrei comprendere. Aiutami, Signore, a ricercare fin dove possa pervenire la nostra ragione naturale nella conoscenza dell'essere vero, che Tu sei, a partire proprio dall'ente che hai predicato di Te stesso.

2. Per quanto siano molte le proprietà dell'ente che si potrebbero prendere in considerazione per raggiungere il nostro scopo, mi dedicherò tuttavia a esaminare in primo luogo, come il mezzo più fecondo, l'ordine essenziale, nel modo seguente: in questo primo capitolo introdurrò preliminarmente quattro divisioni dell'ordine, da cui si potrà ricavare quanti sono gli ordini essenziali.

Ora, l'esposizione di una divisione richiede queste cose: in primo luogo, che vengano resi noti i membri della

viso; secundo, ut dividendum repugnantia declaretur; et tertio, ut probetur dividendum evacuare divisum. Primum fiet in hoc capitulo, alia in secundo. Hic igitur divisiones narrando ponam et rationes dividendum assignabo.

3. Accipio autem ordinem essentialem, non stricte – ut quidam loquuntur, dicentes posterius ordinari, sed prius vel primum esse supra ordinem – sed communiter, prout ordo est relatio aequiparantiae dicta de priori respectu posterioris et e converso, prout scilicet ordinatum sufficienter dividitur per prius et posterius. Sic igitur quandoque de ordine, quandoque de prioritate vel posterioritate fiet sermo.

4. PRIMA DIVISIO. Dico ergo primo, quod ordo essentialis videtur primaria divisione dividi, sicut aequivocum in aequivocata, in ordinem eminentiae et in ordinem dependentiae.

Primo modo prius dicitur eminens et posterius quod est excessum. Ut breviter dicatur: quicquid est perfectius et nobilius secundum essentiam, est sic prius. Hoc modo prioritatis probat Aristoteles 9^o Metaphysicae actum esse priorem potentia, ubi istud prius vocat secundum substantiam et speciem: Quae, inquit, generatione sunt posteriora, specie et substantia sunt priora.

Secundo modo prius dicitur, a quo aliquid dependet, et posterius, quod dependet. Huius prioris hanc intelligo

divisione e si mostri così che sono contenuti in ciò che viene diviso; in secondo luogo, che si indichi che i membri della divisione si escludono a vicenda; in terzo luogo, che si dimostri che i membri esauriscono ciò che viene diviso. Il primo punto sarà svolto in questo capitolo; gli altri nel secondo. Qui, dunque, mi limiterò a presentare le divisioni e a fornire le ragioni dei membri della divisione.

3. Non intendo tuttavia l'ordine essenziale in senso stretto – come fanno alcuni, affermando che ciò che è posteriore è ordinato, mentre ciò che è anteriore o primo si pone al di sopra dell'ordine –, ma in senso largo, in quanto l'ordine è una relazione di comparazione che si dice dell'anteriore rispetto al posteriore e viceversa, in quanto cioè ciò che è ordinato viene adeguatamente diviso tra ciò che è anteriore e ciò che è posteriore. Così, talora si parlerà di ordine, e talora di anteriorità e posteriorità.

4. PRIMA DIVISIONE. Dico dunque in primo luogo che l'ordine essenziale sembra dividersi primariamente, così come un termine equivoco si divide negli equivocati², in ordine di eminentia e ordine di dipendenza.

Nel primo modo [nell'ordine di eminentia], l'anteriore si dice eminente e il posteriore ciò che è ecceduto. Per dirla in breve: tutto ciò che è più perfetto e più nobile secondo l'essenza, è anteriore in questo modo. E in questo senso che Aristotele, nel IX libro della *Metafisica*, dimostra che l'atto è anteriore rispetto alla potenza, definendo tale anteriorità «anteriorità secondo la sostanza e la specie»: «Ciò che è posteriore secondo la generazione» – dice – «è anteriore secondo la specie e la sostanza»³.

Nel secondo modo [nell'ordine di dipendenza], viene chiamato anteriore ciò da cui una cosa dipende e poste-

rationem quam et Aristoteles 5° Metaphysicae testimonio Platonis ostendit: Prius secundum naturam et essentiam est quod contingit esse sine posteriori, non e converso. Quod ita intelligo quod, licet prius necessario causet posterius et ideo sine ipso esse non possit, hoc tamen non est quia ad esse suum egeat posteriori, sed e converso; quia si ponatur posterius non esse, nihilominus prius erit sine inclusione contradictionis; non sic e converso, quia posterius eget priore. Quam indigentiam possumus dependentiam appellare, ut dicamus omne posterius essentialiter a priore necessario dependere, non e converso, licet quandoque necessario posterius consequatur. Istud prius et posterius possunt dici secundum substantiam et speciem sicut alia dicta sunt; tamen ad distincte loquendum dicantur prius et posterius secundum dependentiam.

5. SECUNDA DIVISIO. Ordine secundum eminentiam indiviso manente subdivido ordinem dependentiae: quia dependens aut est causatum, et illud a quo dependet est eius causa; aut dependens est causatum remotius alicuius causae et illud a quo dependet est causatum propinquius eiusdem causae.

Huius divisionis secundae ratio primi membri satis nota est, et quod illud continetur sub diviso. Patet enim quid causa et quid causatum et quod causatum essentia-

riore quel che dipende. Intendo il senso di questa anteriorità nel modo in cui la espone Aristotele, facendo appello alla testimonianza di Platone, nel V libro della *Metafisica*⁴: è anteriore secondo la natura e l'essenza ciò che può essere senza il posteriore, e non viceversa. E ciò lo comprendo in questo modo: anche se l'anteriore causa necessariamente il posteriore e, quindi, non può darsi senza di esso⁵, ciò tuttavia non accade perché l'anteriore, per essere, abbia bisogno del posteriore, ma viceversa, perché se anche si ponesse che il posteriore non fosse, l'anteriore si darebbe comunque, senza alcuna contraddizione; il contrario invece non si dà, perché il posteriore richiede l'anteriore⁶. Possiamo chiamare questo bisogno 'dipendenza', in modo da poter dire che tutto ciò che è essenzialmente posteriore dipende necessariamente dall'anteriore, non viceversa, anche se talvolta il posteriore consegue necessariamente. Anche questo tipo di anteriorità e posteriorità potrebbe essere chiamato, come il precedente, "secondo la sostanza e la specie": tuttavia, per esprimerci con precisione, converrà parlare di anteriorità e posteriorità secondo la dipendenza.

5. SECONDA DIVISIONE. Lasciando indiviso l'ordine di eminenza, suddivido l'ordine di dipendenza, dal momento che

– o ciò che dipende è un causato⁷ e ciò da cui dipende ne è la causa;

– o ciò che dipende è un causato più remoto di una qualche [altra] causa e ciò da cui dipende è un causato più vicino di quella medesima causa.

La ragione del primo membro di questa seconda divisione è sufficientemente nota, così come il fatto che esso è incluso in quel che viene diviso. È infatti evidente cosa sia la causa e cosa sia il causato, e che il causato dipende

liter dependet a causa et quod causa est a qua dependet, secundum rationem suprapositam prioris hic divisi.

Sed secundum membrum huius secundae divisionis nec in se patet nec qualiter sub diviso continetur.

Primum declaratur sic: Si eiusdem causae sint duo effectus, quorum unus prius et immediatius natus est causari ab illa causa, alius autem non nisi illo immediatiore iam causato, dico illum alium esse posterius causatum respectu eiusdem causae et immediatiorem esse prius causatum. Haec est ratio huius membri.

Ex hoc secundo ostendo quod continetur sub diviso, quod scilicet effectus remotior dependet essentialiter a propinquiore: Tum quia non potest esse illo non existente. Tum quia causalitas causae respicit illa ordinate; igitur; et e converso: ista habent ordinem essentialem inter se, ut comparantur ad tertium quod est causa amborum; igitur et inter se absolute. Tum tertio quia causa talis non intelligitur ex se nisi causa propinqua solius proximi, et illo non causato intelligitur quasi remota respectu aliorum; sed illo iam causato intelligitur ut proxima respectu secundi, a causa autem remota sola in quantum remota non est causatum; ergo secundum dependet a causa ut quae posuit propinquius in esse; igitur et ab esse propinquiore.

essenzialmente dalla causa e la causa è ciò da cui il causato dipende, secondo la ragione proposta in precedenza dell'anteriore qui diviso⁹.

Ma il secondo membro di questa seconda divisione non è evidente in sé, né è evidente in che modo rientri in quel che è diviso.

Il primo punto si spiega in questo modo: se di una stessa causa vi sono due effetti⁹, di cui uno è tale da poter essere causato anteriormente e più immediatamente da quella causa, e l'altro solo una volta che sia stato causato quello più immediato, dico che quest'ultimo è un causato posteriore rispetto alla stessa causa e quello più immediato è un causato anteriore¹⁰. E questo è il senso di questo membro.

A partire da ciò, mostro in secondo luogo che [tale membro] è incluso in quel che è diviso¹¹, ovvero che l'effetto più remoto dipende essenzialmente da quello più vicino, sia perché non potrebbe essere se questo non esistesse, sia perché la causalità della causa si rapporta ad essi in modo ordinato, dunque...; e reciprocamente: possiedono un ordine essenziale tra essi in quanto si rapportano ad un terzo che è causa di entrambi; dunque possiedono un ordine essenziale tra essi anche in senso assoluto. In terzo luogo, perché tale causa viene intesa per sé come causa vicina solo in riferimento a ciò che è prossimo, e se questo non è causato, viene intesa quasi come causa remota rispetto agli altri; se invece è causato, è intesa come prossima [anche] rispetto al secondo, e in effetti il secondo non può essere causato da una causa remota solo in quanto remota: dunque, il secondo dipende dalla causa in quanto ha posto in essere ciò che è più vicino, e dunque dipende anche dall'essere più vicino¹².

6. TERTIA DIVISIO. Istius secundae divisionis utrumque membrum subdividitur; subdivido primo secundum quia consonat iam praedictis. Nam prius quod est causatum propinquius causae non tantum dicitur quod est propinquius causae proximae utriusque, sed etiam remotae; puta si proxima causa unius – sit A – non est aliquo modo causa alterius – sit B –, sed aliqua alia causa prior est causa eius B proxima et est causa remota illius cuius alia est causa proxima: adhuc inter ista causata erit ordo essentialis ut causati prioris ad posterius causatum, et hoc si causalitas causae communis amborum secundum essentialem ordinem illa respiciat ut causata.

Secundum membrum huius divisionis minus videtur esse sub diviso. Hoc autem sic probatur: nam et tunc respectu tertii, quod est causa ipsorum, essentialiter ordinantur, igitur et inter se; tunc etiam causa communis quasi remota causa intelligitur respectu posterioris priore non causato; tunc etiam posterius non potest esse sine priore.

7. QUARTA DIVISIO. Primum membrum secundae divisionis, quod est causa, famose subdividitur in quatuor causas satis notas: finalem et efficientem, materialem et formalem; et posterius sibi oppositum dividitur in quatuor sibi correspondentia, scilicet in ordinatum ad finem, quod, ut breviter loquar, dicatur finitum; et in effectum; et in causatum ex materia quod dicatur materiatum; et in causatum per formam quod dicatur formatum. Huius di-

6. TERZA DIVISIONE. Ciascun membro di questa seconda divisione può essere suddiviso¹³. Suddivido prima il secondo¹⁴, perché si riallaccia a quanto si è appena detto. Infatti, si dice anteriore, ovvero causato più vicino alla causa, non solo quel che è più vicino rispetto alla causa prossima di entrambi, ma anche rispetto alla causa remota; si ponga, ad esempio, che la causa prossima di qualcosa – che indichiamo con A – non sia in qualche modo anche causa di altro – che indichiamo con B –, ma che qualche altra causa anteriore sia la causa prossima di B e sia causa remota di ciò di cui l'altra è causa prossima¹⁵: anche in questo caso ci sarà un ordine essenziale tra questi causati, e cioè tra il causato anteriore e quello posteriore, e ciò se la causalità della causa comune di entrambi si rapporta ad essi, in quanto causati, secondo un ordine essenziale.

Il secondo membro di questa divisione sembra appartenere meno a ciò che è diviso¹⁶. E tuttavia si può dimostrare in questo modo: sono essenzialmente ordinati rispetto a un terzo, che è la loro causa comune, dunque anche tra essi; allora la causa comune si comprende anche come remota rispetto al posteriore, quando l'anteriore non è causato; allora anche il posteriore non può essere senza l'anteriore¹⁷.

7. QUARTA DIVISIONE. Il primo membro della seconda divisione, cioè la causa¹⁸, si suddivide, in modo celebre, nelle quattro cause ben note: finale ed efficiente, materiale e formale¹⁹; e il posteriore opposto ad esso si suddivide in quattro corrispondenti, e cioè: in ciò che è ordinato a un fine, che, per esprimermi più brevemente, si dirà 'finito'; nell'effetto; in ciò che è causato dalla materia, che si dirà 'materiato'; in ciò che è causato attraverso la forma, che si dirà 'formato'²⁰. Trascuro qui il senso di

visionis dividendum rationes hic transeo, quia alibi diffusius haec tractavi et inferius quandoque tangentur quando materia id requiret.

8. Huius capituli fructum summatim colligo: Ordo essentialis per sex ordines dividentes evacuatur, videlicet per quatuor ordines causae ad causatum, et per unum causati ad causatum comprehendendo hic sub eodem duo membra tertiae divisionis, et per unum eminentis ad excessum.

Harum divisionum ostensio duo adhuc ostendi requirit, scilicet quod membra cuiuslibet inter se repugnent, et quod evacuent rationem divisi. Quae duo in sequenti capitulo, quantum opus erit ad propositum, ostendentur; in quo etiam quaedam generales propositiones necessariae proponuntur, et praedicti ordines et eorum extrema secundum necessariam vel non necessariam concomitantiam conferentur, quia dictorum comparationes ad sequentia bene valent.

ciò che dev'essere diviso in questa divisione, perché ne ho parlato più diffusamente altrove²¹, e perché avrò l'occasione di tornare a farvi cenno più avanti, quando l'argomento lo richiederà.

8. Raccoglio sommariamente il frutto di questo capitolo: l'ordine essenziale si divide in modo esaustivo in sei ordini, e cioè nei quattro ordini della causa nei confronti del causato; nell'ordine tra causato e causato (includendo qui nel medesimo ordine i due membri della terza divisione) e nell'ordine tra l'eminente e l'ecceduto.

La presentazione di queste divisioni richiede ancora che si mostrino due cose, e cioè che i membri di ciascuna di esse si escludono reciprocamente, e che esauriscono la ragione di ciò che è stato diviso. Queste due cose saranno mostrate, nella misura in cui sarà necessario per i nostri scopi, nel capitolo successivo, in cui saranno proposte anche alcune proposizioni generali necessarie e saranno confrontati tra loro, secondo la loro concomitanza necessaria o non necessaria, gli ordini prima menzionati e i loro estremi, poiché tali comparazioni sono assai utili per quel che seguirà.

CAPITULUM SECUNDUM

9. De dictis quatuor divisionibus ostendendis et de extremis dictorum ordinum essentialium comparandis hic proceditur arguendo.

Domine Deus noster, qui doctorem venerabilem Augustinum de te trino scribentem infallibiliter docuisti quod ipse in primo libro de Trinitate scribit dicens: Nulla omnino res est quae seipsam gignat ut sit – nonne tu nobis aequae certitudinaliter impressisti hanc similem veritatem:

PRIMA CONCLUSIO: *Quia nulla omnino res essentialem ordinem habet ad se.*

Nam de ordine eminentiae quid est impossibilius quam idem seipsum excedere secundum perfectionem essentialem? De aliis sex ordinibus quid impossibilius quam idem a se essentialiter dependere, quam sine seipso posse esse secundum intellectum huius superius assignatum?

Hoc etiam consonat veritati:

SECUNDA CONCLUSIO: *Quia in quocumque ordine essentiali est circulus impossibilis.*

Quia si quidquid est prius priore, est prius posteriore: sequitur oppositum primae ex secunda negata. Idem etiam erit prius essentialiter et posterius eodem, et ita perfectius et minus perfectum eodem, vel dependens et independens respectu eiusdem, quae longe sunt a vero.

CAPITOLO SECONDO

9. Si procede qui dimostrativamente a mostrare le quattro divisioni menzionate e a comparare gli estremi degli ordini essenziali citati.

Signore, Dio nostro, che hai insegnato in modo infallibile al venerabile dottore Agostino quando scriveva di Te, Dio trino, ciò che egli scrive nel primo libro *Sulla Trinità*, dicendo che «niente genera se stesso nell'essere»²², non hai forse impresso in noi, con altrettanta certezza, quest'altra verità, simile a quella?

PRIMA CONCLUSIONE: *Assolutamente nulla possiede un rapporto di ordine essenziale con se stesso.*

Infatti, nell'ordine dell'eminenza, cosa vi è di più impossibile che una stessa identica cosa ecceda se stessa secondo una perfezione essenziale? E negli altri sei ordini, cosa vi è di più impossibile che una medesima cosa dipenda essenzialmente da sé o che possa essere senza se stessa, secondo quanto si era in precedenza inteso?

E anche ciò si accorda alla verità:

SECUNDA CONCLUSIONE: *In qualunque ordine essenziale un circolo è impossibile.*

Infatti, se qualcosa precede un termine anteriore, precede anche uno posteriore: dalla negazione della seconda, consegue l'opposto della prima. La stessa cosa sarebbe infatti essenzialmente prima e dopo di se stessa, e così sarebbe più o meno perfetta di sé, o dipendente e indipendente rispetto a sé, tutte cose ben lontane dal vero. Questo tipo di

Hunc circulum excludit Aristoteles a demonstrationibus, 1° Posteriorum, nec minus impossibilis est in rebus.

Iuxta hanc secundam tertiam quandam, quae a prima probatur et in ipsa satis includitur, explico, quia inferius utar ipsa:

TERTIA CONCLUSIO: *Quod non est posterius priore, nec posteriore.*

Sequitur ex affirmativa dicta. Et ex ista sequitur: Quod non dependet a priore, nec dependet a posteriore. Et ultra: quod non est causatum causae prioris, nec posterioris, quia posterior in causando dependet a priore causante.

10. Iam te deo duce dictos sex ordines invicem comparemus, et primo quatuor ordines causae ad causatum. Istorum tamen differentiam vel in dividendo sufficientiam, quia satis nota videtur utraque, hic prosequi praetermitto; prolixum enim posset esse nec ad propositum necessario requisitum. Tantummodo dictos ordines quantum ad concomitantiam vel consecutionem ex parte causati in sex conclusionibus comparabo.

11. QUARTA CONCLUSIO: *Quod non est finitum, non est effectum.*

Probatur primo sic: Quia quod non est ab aliqua causa per se efficiente, non est effectum; quod non est ad finem, non est a causa efficiente per se; igitur etc.

Maior sic probatur: Quia in nullo genere 'per accidens' est primum; quod Aristoteles satis exprimit 2° Physico-

circolo è escluso da Aristotele, nel primo libro degli *Analitici secondi*²³, a proposito delle dimostrazioni, e non è meno impossibile nelle cose.

A partire da questa seconda conclusione, ne traggio una terza, che può essere provata a partire dalla prima ed è sufficientemente inclusa in essa, e che ci tornerà utile in seguito:

TERZA CONCLUSIONE: *Ciò che non è posteriore all'antecedente, non lo è neppure rispetto al posteriore.*

Consegue dalla precedente proposizione affermativa. E da questa segue: ciò che non dipende da un anteriore, non dipende neppure da un posteriore. E ulteriormente: ciò che non è causato da una causa anteriore, non lo è neppure da una posteriore, perché ciò che è posteriore nel causare dipende dall'antecedente che causa.

10. Ora, sotto la Tua guida divina, compariamo tra loro i sei ordini prima distinti, e in primo luogo i quattro ordini della causa nei confronti del causato. Lascio qui da parte la loro distinzione e la giustificazione del fatto che siano soltanto quattro, poiché l'una e l'altra sono sufficientemente note; potrebbe infatti essere prolioso né è richiesto necessariamente per i nostri scopi. Mi limiterò a comparare gli ordini citati per quel che riguarda la concomitanza o la conseguenza dalla parte del causato in sei conclusioni.

11. QUARTA CONCLUSIONE: *Ciò che non è 'finito', non è un 'effetto'.*

Si dimostra in primo luogo così: ciò che non dipende da una qualche causa che è efficiente per sé, non è un 'effetto'; ciò che non è ordinato ad un fine, non dipende da una causa efficiente per sé, dunque ecc...

La maggiore si dimostra in tal modo: in nessun genere ciò che è "per accidente" è primo - e questo è quanto

rum, ubi casu et fortuna tamquam causis per accidens priores ponit necessario naturam et intellectum tamquam causas per se in illo genere causae. Quod autem non est a primo, non est a posteriori, ex tertia iam praemissa (loquor de positivis, quae sola sunt proprie effectibilia). Patet igitur maior. – Minor sic probatur: Agens per se omne agit propter finem quia nullum frustra, quod Aristoteles in 2^o Physicorum determinat de natura, de qua minus videtur; ergo tale nihil efficit nisi propter finem.

Probatur conclusio principalis secundo sic: Finis est prima causa in causando; ideo ipsum dicit Avicenna esse causam causarum. – Quod etiam probatur ratione: Quia enim finis movet metaphorice ut amatus, ideo efficiens efficit formam in materia; non autem finis movet ut amatus, quia aliqua alia causa causat; est ergo finis prima causa essentialiter in causando. – Hoc etiam sic probatur: Aristoteles in 5^o Metaphysicae finem esse causam ostendit, quia per ipsum respondetur ad quaestionem 'propter quid', quae quaestio quaerit causam; ergo cum per ipsum detur primum 'propter quid', erit prima causa. Assumptum patet: Quaesito 'quare efficit?' respondetur 'quia amat vel intendit finem', non e converso.

Ex primitate finis tripliciter iam ostensa sequitur conclusio principalis: quia cuius non est causa prior, nec posterior, iuxta tertiam iam praemissam.

Aristotele esprime a sufficienza nel II libro della *Fisica*²⁴, quando, prima del caso e della fortuna come cause accidentali, pone necessariamente la natura e l'intelletto come cause per sé in quel genere di cause. Ma ciò che non è dal primo, non è da un posteriore, secondo la terza conclusione già esposta (parlo qui dei termini positivi, che sono i soli ad essere propriamente producibili come effetti). La maggiore è dunque evidente. – La minore si prova in questo modo: tutto ciò che agisce per sé agisce per un fine, perché nulla [agisce] invano, come Aristotele dimostra nel II libro della *Fisica* a proposito della natura²⁵, dove forse tale principio è meno evidente; dunque, tutto ciò che agisce in tal modo non produce nulla se non secondo un fine.

La conclusione principale si può provare in secondo modo così: il fine è la prima causa nel causare; e perciò Avicenna dice che esso è causa delle cause²⁶. – E la stessa cosa si può mostrare razionalmente: infatti, è solo perché il fine muove metaforicamente in quanto amato che l'efficiente produce la forma nella materia; tuttavia, il fine non muove in quanto amato in ragione di qualche altra causa; dunque, il fine è essenzialmente la prima causa nel causare. E ciò si prova anche in questo modo: Aristotele, nel V libro della *Metafisica*²⁷, mostra che il fine è causa perché tramite esso si risponde alla domanda "perché?", ovvero alla domanda che ricerca una causa; poiché dunque con il fine si dà il primo "perché", esso sarà la prima causa. L'assunto è evidente: alla questione "perché produce un effetto?", si risponde "perché ama o tende verso il fine", e non viceversa.

Dalla primalità del fine già dimostrata in tre modi segue la conclusione principale, e cioè che di ciò di cui non si dà una causa anteriore, non si dà neppure una causa posteriore, secondo la terza conclusione già esposta.

12. QUINTA CONCLUSIO: *Quod non est effectum, non est finitum.*

Probatur: Quia finis non est causa nisi in quantum ab ipso tamquam a priore essentialiter dependet esse finiti. Patet: quia quaelibet causa est sic prior in quantum causa. Non autem dependet finitum quantum ad esse a fine ut sic priore nisi in quantum finis ut amatus movet efficiens ad dandum illi esse; ita quod efficiens non daret esse in suo genere nisi fine causante in sua causalitate. Nihil ergo causat finis nisi quod efficitur ab efficiente quia amante finem.

Hic corollarium sequitur: Non tacendum quod falsa imaginatio est de fine, quod illud est causa finalis entis, quod est operatio ultima vel obiectum quod per illam operationem attingitur. Si intelligatur quod tale in quantum tale est causa finalis, falsum est, quia illud consequitur esse nec esse finiti dependet essentialiter ab illo in quantum tale. Sed praecise illud, propter quod amatum ab efficiente efficiens facit aliquid esse, quia ordinatum ad amatum – illud in quantum amatum est causa finalis facti.

Quandoque bene obiectum operationis ultimae est tale amatum, ideo finalis causa: non quia terminus operationis talis naturae, sed quia amatum a causante illam naturam. Tamen bene operatio ultima alicuius vel quod per ipsam attingitur quandoque dicitur finis, quia ultimum et aliquo modo optimum, et ita habet aliquas condiciones causae finalis.

Non ergo Aristoteles poneret intelligentias proprie habere causam finalem et non efficientem; sed vel tantum finem extendendo 'finem' ad obiectum operationis opti-

12. QUINTA CONCLUSIONE: *Ciò che non è un 'effetto', non è 'finito'.*

Si prova: il fine infatti non è causa se non in quanto da esso, come da ciò che è anteriore, dipende essenzialmente l'essere di ciò che è 'finito'. Il che è evidente, poiché ogni causa è anteriore proprio in questo senso, e cioè in quanto causa. Il 'finito', tuttavia, non dipende, quanto all'essere, dal fine come da qualcosa di anteriore in questo modo, se non in quanto il fine, in quanto amato, muove l'efficiente a dargli l'essere, così che l'efficiente non darebbe l'essere nel suo genere se il fine non fosse causante nella sua causalità. Il fine non causa dunque nulla se non ciò che viene prodotto dall'efficiente perché ama il fine.

Segue qui un corollario: non si deve passare sotto silenzio che si ha una falsa immaginazione del fine, e cioè che la causa finale dell'ente sia la sua operazione ultima o l'oggetto che si attinge attraverso tale operazione. Se s'intende che questo, in quanto tale, è la causa finale, è falso, perché esso segue l'essere, né l'essere del 'finito' dipende essenzialmente da esso in quanto tale. Ma proprio ciò che, essendo amato dall'efficiente, fa sì che l'efficiente stesso faccia essere qualcosa, perché ordinato all'amato, è, in quanto amato, causa finale di ciò che viene fatto²⁸.

Talvolta può anche accadere che l'oggetto dell'ultima operazione sia proprio tale amato, e perciò la causa finale: non in quanto termine dell'operazione di una tale natura, ma in quanto amato da ciò che causa quella natura. Tuttavia, si può talvolta a giusta ragione chiamare fine l'operazione ultima di qualcosa o ciò che con essa si attinge, poiché si tratta di ciò che è ultimo e in qualche modo migliore, e possiede pertanto alcune condizioni della causa finale.

Aristotele non intendeva dunque porre che le intelligenze hanno propriamente una causa finale e non una efficiente²⁹, ma o che hanno soltanto un fine, estendendo la

mae, vel si proprie daret efficiens, non quidem per motum neque per mutationem, quia causae quatuor pertinent ad considerationem metaphysici et sic abstrahunt a seipsis ut pertinent ad considerationem physici. Nec poneret primum dare esse eis post non esse, si ponit eas sempiternas et necessarias, saltem 'post' duratione, sed 'post' ordine tantum naturae, sicut exponit Avicenna rationem creationis 6^o Metaphysicae capitulo 2^o. Utrum autem causato repugnet necessitas an non, propositum non infringit. Si posset aliquod efficiens simpliciter necessario causare et finis aliquis necessario finiret, et non e converso, saltem quodlibet causatum non tantum est possibile ut opponitur impossibili, sed etiam ut opponitur necessario ex se, quia est obiectum sive terminus potentiae suae causae; licet non sit possibile ut opponitur necessario in communi secundum philosophos, quia talem contingentiam a separatis negarent.

Patet aliud corollarium, quod finis non est causa finalis efficientis, sed effectus; unde quod dicitur: 'Agens agit propter finem', non intelligendum est suum, sed sui effectus.

13. SEXTA CONCLUSIO: *Quod non est effectum, non est materiatum.*

Probatur: quia materia de se est in potentia contradictionis ad formam; igitur non est ex se actu per formam;

nozione di 'fine' all'oggetto dell'operazione ultima, o che, se hanno propriamente un efficiente, questo non agisce certamente attraverso il moto o il mutamento, perché le quattro cause appartengono alla considerazione del metafisico e in quanto tali fanno astrazione da sé in quanto appartengono alla considerazione del fisico³⁰. Né – se considerava le intelligenze come sempiterni e necessarie – egli intendeva porre che il primo dà ad esse l'essere *dopo* il non-essere, quanto meno intendendo il 'dopo' nel senso della durata, e non nell'ordine di natura, nel modo in cui Avicenna spiega il senso della creazione nel VI libro della *Metafisica*, capitolo 2³¹. Se poi a qualcosa di causato possa ripugnare o meno la necessità, ciò non scalfisce il nostro proposito. Se un qualche efficiente potesse causare semplicemente in modo necessario e un qualche fine potesse ordinare qualcosa a sé in modo necessario, e non viceversa, allora un qualsivoglia causato sarebbe almeno possibile non soltanto nel senso in cui 'possibile' si oppone all'impossibile, ma anche in quanto si opporrebbe a ciò che è necessario per sé, perché sarebbe comunque oggetto o termine della potenza della sua causa, anche se non sarebbe invece 'possibile' nel senso in cui 'possibile' si oppone a ciò che è necessario in senso generale, secondo i filosofi, poiché essi negherebbero una tale contingenza nelle sostanze separate³².

E risulta evidente un altro corollario, e cioè che il fine non è causa finale dell'efficiente, ma dell'effetto, per cui quando si dice "l'agente opera a causa del fine", non si deve intendere il suo fine, ma quello del suo effetto.

13. SEXTA CONCLUSIONE: *Ciò che non è un 'effetto', non è 'materiato'.*

Si dimostra: la materia di per sé è in potenza di contraddizione alla forma; quindi, non è per sé in atto per la

ergo ab aliquo alio reducente istam potentiam ad actum. Illud est efficiens compositum, quia idem est 'facere compositum' et 'materiam esse actu per formam'.

Prima consequentia patet: quia potentia mere passiva et contradictionis non se reducit ad actum. Si dicas formam reducere ipsam potentiam ad actum, verum est formaliter. Sed cum praeintelligantur forma et materia non unita, illud a quo uniuntur habet rationem causae efficientis, quam sequitur actuatio formalis.

Secundo probatur conclusio: quia efficiens est proxima causa finali; igitur prior materia. Cuius non est prior, nec posterior. – Prima propositio hic probatur: Nam metaphorice 'movere ut amatum' est causatio finis; sic movet efficiens, non aliam causam.

Tertio probatur: quia compositum est vere unum; ergo habet aliquam entitatem unam quae nec est entitas materiae nec formae. Et ista una entitas est causata non a duabus entitatibus primo, quia nihil unum est ex pluribus nisi virtute unius, nec ab altero duorum primo, quia utrumque illorum est diminutum respectu entitatis totalis; ergo ab uno aliquo extrinseco.

14. SEPTIMA CONCLUSIO: *Quod non est materiatum, non est formatum, et e converso.*

Probatur: Quod non est materiatum, non est compositum ex partibus essentialibus; quia in omni sic composito per se uno altera pars est potentialis, quia non fit

forma; dunque, è in atto tramite qualcosa che riconduce tale potenza all'atto. E questo è ciò che produce il composto, perché è la stessa cosa "produrre il composto" e "la materia è in atto per la forma".

La prima conseguenza è evidente: la potenza meramente passiva e suscettibile di contraddizione non porta se stessa all'atto. Se dici che la forma riconduce la stessa potenza all'atto, ciò è vero formalmente. Ma se si concepiscono la forma e la materia in quanto non ancora congiunte, allora ciò da cui sono congiunte è la loro causa efficiente, da cui segue l'attuazione formale.

In secondo luogo si prova la conclusione: l'efficiente è la causa più vicina a quella finale, e dunque è anteriore alla materia. Ciò che non ha una causa anteriore, non ha una causa posteriore. – La prima proposizione si dimostra in questo modo: metaforicamente, "muovere in quanto amato" è il modo in cui causa il fine; e in questo modo esso muove l'efficiente, non un'altra causa.

In terzo luogo si dimostra così: il composto è veramente uno, dunque possiede una qualche entità unitaria che non è né quella della materia né quella della forma. E questa entità unitaria non può essere causata primariamente da due entità – poiché niente di unitario deriva dal molteplice se non in virtù di una cosa unitaria – né può essere causata primariamente da uno dei due, perché ciascuno di essi è qualcosa di inferiore rispetto all'entità totale: dunque, può essere causata da qualcosa di unitario estrinseco.

14. SETTIMA CONCLUSIONE: *Ciò che non è 'materiato', non è 'formato', e viceversa.*

Si dimostra: ciò che non è 'materiato', non è composto di parti essenziali, perché in tutto ciò che è composto in questo modo come uno per sé, una delle parti è poten-

unum per se nisi ex potentia et actu – 7° et 8° *Metaphysicae*. Quod igitur non habet partem per se potentialem, non est compositum; igitur nec formatum, quia formatum est compositum habens formam partem sui. – Sicut argumentum est de materia et forma, ita potest argui de subiecto et accidente suo modo.

Confirmatur ista probatio iuxta illud Aristotelis 7° *Metaphysicae*: Si quid esset ex unico elemento, non esset nisi illud; imo illud non esset elementum – ex prima conclusione huius secundi. Igitur a simili: Si quid habet tantum unam partem essentiali, non est nisi illa; imo illa non est pars nec causa, propter primam dictam. Ergo omne causatum ex aliqua causa intrinseca habet etiam aliam intrinsecam concausantem; et ita patet propositum.

15. OCTAVA CONCLUSIO: *Quod non est causatum a causis extrinsecis, non est causatum ex intrinsecis.*

Haec ex praemissis quatuor satis patet; habet tamen probationes speciales.

Prima est quia causalitates causarum extrinsecarum perfectionem dicunt cui non est annexa necessario imperfectio; causae intrinsecae de necessitate habent imperfectioem annexam. Itaque causae extrinsecae priores sunt in causando intrinsecis sicut perfectum imperfecto. Adiunge tertiam conclusionem: sequitur propositum.

ziale, poiché niente diventa uno per sé se non a partire da potenza e atto – nel VII e nell'VIII libro della *Metafisica*³³. Ciò che dunque non possiede una parte potenziale per sé, non è composto, e dunque non è neppure 'formato', perché 'formato' è il composto che possiede una forma come parte di sé. – E quel che si è argomentato per la materia e la forma, può valere, nel modo appropriato, per il soggetto e l'accidente³⁴.

Questa dimostrazione è confermata da quel che dice Aristotele nel VII libro della *Metafisica*³⁵: se qualcosa risultasse da un solo elemento, non potrebbe che coincidere con quell'elemento; anzi, quest'ultimo non sarebbe neppure un elemento – in base alla prima conclusione di questo secondo capitolo. Dunque, analogamente: se qualcosa possiede soltanto una parte essenziale, non può che coincidere con essa; anzi, quest'ultima non sarebbe neppure una parte o una causa, secondo quel che si è prima detto. Dunque, tutto ciò che è causato da qualche causa intrinseca possiede anche un'altra concausa intrinseca, e così risulta evidente quel che ci si proponeva.

15. OTTAVA CONCLUSIONE: *Ciò che non è causato da cause estrinseche, non è causato da cause intrinseche.*

Ciò risulta a sufficienza dalle quattro conclusioni precedenti; tuttavia, se ne possono fornire anche prove specifiche.

La prima è che le causalità delle cause estrinseche esprimono una perfezione a cui non è necessariamente annessa un'imperfezione; le cause intrinseche hanno di necessità un'imperfezione annessa. E così le cause estrinseche precedono, nel causare, quelle intrinseche come il perfetto precede l'imperfetto. Aggiungi la terza conclusione: ne segue ciò che ci si proponeva.

Secunda est ista: quia intrinsecae possunt esse in se causatae respectu extrinsecarum; ergo sunt posteriores in causando respectu earum. – Antecedens patet de forma, patet etiam de materia in quantum pars est; sed <de> ipsa in se inferius ostendetur.

16. NONA CONCLUSIO: *Quatuor genera causarum in causando idem essentialiter ordinantur.*

Patet ex quinque praemissis. Sed ex se videtur rationabilis quod multa a quibus idem essentialiter dependet ordinem habeant, secundum quem illud ab eis ordinate dependeat. Nam omnia multa ex quibus non fit unum ut ex actu et potentia vel omnino nullam habent unitatem ordinis, non causant aliquid essentialiter idem. Cum igitur quatuor genera causarum non sunt partes alicuius unius compositi ex ipsis sicut ex actu et potentia, nec omnino nullam habent unitatem in quantum causant, quomodo tunc aliquid idem causarent? Igitur habent unitatem ordinis in quantum causant causatum, quo ordine omnes sunt unum, respectu tertii scilicet, in causando, sicut multa in universo per ordinem sunt unum in essendo.

Et qualis sit ordo istorum generum causae, patet ex dictis de fine et efficiente: inter se ex secunda probatione quartae et secunda probatione sextae, et ad alias causas ex eisdem et ex octava.

Qualis autem sit intrinsecarum inter se, nolo hic multum prosequi inquirendo; parum illis utar in processu. Vi-

La seconda è questa, e cioè che le intrinseche possono essere in sé causate rispetto alle estrinseche; dunque sono posteriori, nel causare, rispetto ad esse. – L'antecedente risulta evidente nel caso della forma, e anche per la materia in quanto è una parte; ma rispetto alla materia in se stessa si mostrerà in seguito.

16. NONA CONCLUSIONE: *I quattro generi di cause, nel causare una sola e identica cosa, possiedono tra loro un ordine essenziale.*

Risulta evidente dalle cinque conclusioni precedenti. Ma appare di per sé razionale che i molti da cui dipende essenzialmente una stessa cosa abbiano un ordine, secondo il quale quella cosa dipende, in modo ordinato, da essi. Infatti, tutti i molti dai quali non deriva qualcosa di unitario (come ciò che si compone di atto e potenza) o non possiedono affatto un'unità di ordine, non possono causare qualcosa di essenzialmente identico. Ora, poiché i quattro generi di cause non sono parti di un qualcosa di unitario che si componga di essi come di potenza e atto, né possiedono affatto unità in quanto causano, come potrebbero allora causare qualcosa di identico? Dunque, devono possedere un'unità di ordine in quanto causano il causato, e per tale ordine formano un'unità nel causare (rispetto cioè a qualcosa di terzo), così come più cose nell'universo, attraverso l'ordine, formano un'unità nell'essere.

E quale sia l'ordine tra questi generi di cause, risulta evidente da ciò che si è detto intorno al fine e all'efficiente: tra essi, in base alla seconda prova della quarta conclusione e alla seconda prova della sesta; e in rapporto alle altre cause, in base alle medesime dimostrazioni e all'ottava conclusione.

Per quel che riguarda invece l'ordine reciproco delle cause intrinseche, non intendo qui procedere oltre nel-

detur tamen materia prior secundum independentiam, quia contingens et informans videtur dependere a permanente et informato, quia informanti praeintelligitur formabile. Et ita exponunt quidam Augustini Confessiones de prioritatem materiae respectu formae. Et si quaeris quo ordine est prior, respondeo: sicut causatum propinquius eidem causae remotae; propinquius, inquam, necessario secundum istum ordinem, secundum quem nunc forma causatur ab ipsa. Tamen forma est prior secundum eminentiam quia perfectior; quod tamquam planum accipit Aristoteles 7° Metaphysicae ubi comparat ea, licet ex dictis eius alibi, 9° Metaphysicae, de actu et potentia, possit probari.

17. Intellige autem quod aliud est causas in causando sive secundum causationem esse essentialiter ordinatas, et aliud est ea quae sunt causae esse essentialiter ordinata, sicut patet per Avicennam 6° Methaphysicae 5°. Nam primum verum est et ostensum; alias istae essent falsae: 'Quia amat finem, ideo efficit effectum', et 'Quia efficit, ideo forma informat et materia materiat', quae tamen communiter admittuntur. Secundum autem falsum est. Nam illud quod est finis non est causa eius quod est efficiens, nec quandoque e converso. Communiter autem illud quod est efficiens non est causa eius quod est materia, quia eam supponit.

l'indagine; mi servirò infatti poco di esse nel seguito. Sembra tuttavia che la materia risulti anteriore secondo l'indipendenza, perché ciò che è contingente e informante sembra dipendere da ciò che permane ed è informato, in quanto ciò che può essere formato viene presupposto rispetto a ciò che informa. E in tal modo alcuni espongono le *Confessioni* di Agostino per quel che riguarda l'antiorità della materia rispetto alla forma³⁶. E se chiedi in base a quale ordine risulti anteriore, rispondo: al modo in cui un causato è più vicino rispetto a una medesima causa remota; più vicino, dico, necessariamente secondo quell'ordine in base al quale la forma viene ora causata da essa. Tuttavia, la forma risulta anteriore secondo l'eminenza perché è più perfetta. Questo è quanto Aristotele ritiene evidente nel VII libro della *Metafisica*³⁷, dove mette a confronto le due cause, anche se può poi in realtà anche essere dimostrato a partire da ciò che dice altrove, nel IX libro della *Metafisica*, a proposito dell'atto e della potenza³⁸.

17. Devi tuttavia comprendere che altro è che le *cause* siano essenzialmente ordinate nel causare, ovvero secondo la causazione, e altro che le *cose stesse* che sono cause siano essenzialmente ordinate, così come risulta evidente tramite Avicenna, nel capitolo 5 del VI libro della sua *Metafisica*³⁹. Infatti la prima tesi è vera, e lo si è mostrato, altrimenti queste proposizioni risulterebbero false: "poiché una il fine, produce l'effetto" e "poiché produce l'effetto, la forma agisce come causa formale e la materia come causa materiale" – proposizioni che nondimeno vengono comunemente ammesse. Ma la seconda tesi è falsa. Infatti ciò che è fine non è causa di ciò che è efficiente, né talvolta il contrario. E generalmente ciò che è efficiente non è causa di ciò che è materia, poiché la presuppone⁴⁰.

18. Expedito de comparationibus membrorum quartae divisionis de tertia breviter transeo, quia planum est eius dividenda repugnare et evacuare divisum. Quia:

DECIMA CONCLUSIO: *Si duo comparantur ad eandem causam, aut igitur proximam aut remotam.*

De secunda divisione duas conclusiones propono. Prima est de distinctione membrorum:

UNDECIMA CONCLUSIO: *Non omne causatum causae propinquius est causa causati remotioris ab eadem causa; igitur est aliquod causatum prius, non tamen prius quod est causa.*

Antecedens huius probatur exemplo et ratione. Ponitur tale exemplum: Quantitas est propinquius causatum qualitate, non tamen eius causa. Patet discurrendo per causas. – Probatur etiam ratione, quia...

19. Secunda est de sufficientia divisionis:

DUODECIMA CONCLUSIO: *Nihil dependet essentialiter nisi a causa vel a causato propinquiori alicui causae.*

Probatur: Quia si dependet ab aliquo alio, sit illud aliud A et dependens sit B. A non existente B non erit. Sed A non existente omnes per se causae ipsius B possunt concurrere, et etiam omnia causata istis causis propinquiora quam B possunt esse iam causata: Quia A nullum istorum est per te, igitur omnibus causis per se concurrentibus et omnibus causatis propinquioribus ipso B iam positus B non erit. Igitur omnes istae causae per se non sunt sufficientes causae etiam illis propinquioribus iam

18. Una volta terminate le comparazioni dei membri della quarta divisione, passo brevemente alla terza, poiché è evidente che i membri di tale divisione si escludono a vicenda e esauriscono ciò che viene diviso. Infatti:

DECIMA CONCLUSIONE: *Se due cose vengono comparate a una medesima causa, questa o è prossima o è remota.*

A proposito della seconda divisione propongo due conclusioni. La prima riguarda la distinzione dei membri:

UNDICESIMA CONCLUSIONE: *Non ogni causato prossimo a una causa è causa del causato più remoto di quella stessa causa; dunque, vi è qualche causato che è anteriore, ma non in quanto causa.*

L'antecedente di questa conclusione si dimostra con un esempio e con un argomento razionale. Si prenda questo esempio: la quantità è un causato più vicino rispetto alla qualità, e tuttavia non è causa di essa. Risulta evidente percorrendo le cause. – Si dimostra anche con un argomento razionale, poiché...⁴¹

19. La seconda conclusione riguarda la completezza della divisione:

DODICESIMA CONCLUSIONE: *Niente dipende essenzialmente se non da una causa o da un causato più vicino a una causa.*

potrebbe attuarsi nel momento in cui esso si realizza⁷². Proprio per questo ho detto "qualcosa è causato in modo contingente" e non "qualcosa è contingente". Dico ora che il Filosofo non ha potuto negare la conseguenza, salvando l'antecedente attraverso il movimento, poiché se <tutto> il movimento deriva necessariamente dalla propria causa, qualunque parte di esso è causata in modo necessario, quando è causata, e cioè in modo inevitabile, così che l'opposto non potrebbe in tal caso essere causato. E ulteriormente: ciò che è causato da una qualunque parte del movimento, è allora causato in modo necessario, e cioè inevitabilmente. Dunque, o nulla avviene in modo contingente, e cioè evitabile, o il primo causa anche immediatamente in modo tale da poter anche non causare.

Alla terza: se una causa può impedire un'altra, può farlo in virtù di una causa superiore e così fino alla prima; se questa muove in modo necessario la causa che la segue immediatamente, si avrà la necessità in tutto l'ordine delle cause fino a quella impediende; questa quindi impedirà in modo necessario; dunque, nessuna altra causa potrebbe causare un causato in modo contingente.

57. Si prova la conclusione in un quarto modo: vi è del male negli enti; dunque, il primo causa in modo contingente; e così segue come sopra. Prova della conseguenza: ciò che agisce per necessità di natura, agisce secondo il massimo della sua potenza, e così per ogni perfezione che possa essere prodotta da esso; quindi, se il primo agisce in modo necessario, e di conseguenza anche ogni altro agente – secondo quel che si è già dedotto –, segue che tutto l'ordine delle cause causerà in qualcosa tutto ciò che è per esse possibile causare in esso; quest'ultimo non sarà dunque privo di nessuna delle perfezioni che potrebbero essere indotte in esso da tutte le cause agenti; dunque non

recipere; igitur non est in ipso aliqua malitia. Consequenter tunc sunt planae: quia omnis perfectio receptibilis in ista est causabilis ab aliquo vel ab omnibus causis ordinatis. Ultima patet ex ratione mali, et concludit probatio ita de vizio in moribus sicut de peccato in natura.

Dices: "Materia non oboedit". Nihil est; agens potens vinceret inoboedientiam.

Haec conclusio quinto probatur, quia omni non vivo vivum est melius, et inter viva omni non intelligente intellectivum est melius.

58. Hanc conclusionem probant aliqui sexta via ex terra praecostensa: quia intelligere, velle, sapientia, amor sunt perfectiones simpliciter, quod supponunt quasi manifestum.

Sed non videtur unde istae magis possunt concludi esse perfectiones simpliciter quam natura primi angeli. Si enim accipias sapientiam denominative, est melior omni denominativo impossibile, et non probasti quod primum est sapiens. Dico quod petis. Tantum potes habere quod sapiens est melior non sapiente, excluso primo. Iste modo primus angelus est melior omni ente denominativo sumpto impossibile sibi praeter Deum; immo essentia primi angeli in abstracto potest esse melior simpliciter sapientia.

Dices: "Repugnat multis; ideo non cuilibet est melius denominative quam oppositum". Respondeo quod nec sapientia est melius cuilibet denominative; repugnat multis

vi sarà in esso alcuna malizia. Le conseguenze sono chiare, perché qualunque perfezione ricevibile in esso è causabile da una o tutte le cause ordinate. L'ultima conseguenza è evidente in base alla ragione del male, e la prova vale tanto per il vizio nei costumi quanto per il difetto nella natura.

Dirai: "è la materia che non obbedisce". Ma ciò non vuol dire nulla; un agente potente vincerebbe una tale disobbedienza.

La conclusione si può dimostrare anche in un quinto modo, osservando che il vivente è migliore di qualsiasi non-vivente e che, fra i viventi, quello dotato di intelletto è migliore di tutti quelli che ne sono privi.

58. Alcuni provano questa conclusione attraverso una sesta via, fondata sulla terza [conclusione] mostrata in precedenza: suppongono infatti che sia quasi evidente che il comprendere, il volere, la sapienza, l'amore siano delle perfezioni in senso assoluto.

Ma non si vede perché queste possano essere considerate perfezioni in senso assoluto più che la natura del primo angelo. Infatti, se consideri la sapienza in senso denominativo, essa è migliore di ogni altro denominativo impossibile, e non hai dimostrato che il primo efficiente sia sapiente. Dico che cadì in una petizione di principio. Puoi solo tenere che 'sapiente' è migliore di 'non-sapiente', lasciando da parte il primo. In questo senso, il primo angelo è migliore di ogni ente preso denominativamente, impossibile con sé, all'infuori di Dio; anzi, l'essenza del primo angelo, in astratto, può essere migliore della sapienza in senso assoluto.

Dirai: "Ripugna a molti"⁷³, perciò non è meglio denominativamente per qualunque cosa del suo opposto". Rispondo che neppure la sapienza è denominativamente migliore per qualunque cosa; anzi, ripugna a molte.

Dices: "Immo esset cuilibet, si posset inesse, quia canis esset melius, si canis esset sapiens". Respondeo: Ita de primo angelo, si posset esse canis, esset melior, et canis esset melius, si posset esse primus angelus.

Dices: "Immo illud destrueret naturam canis; igitur non est bonum cani". Respondeo: Ita 'sapiens' destruit eius naturam. Non est differentia nisi quod angelus destruit ut natura eiusdem generis, sapiens ut alterius, impossibile tamen, quia determinans sibi pro subiecto naturam eiusdem generis impossibilem; et cui repugnat primo subiectum, eidem per se, licet non primo, passio subiecti repugnat. — Vulgaris sermo de perfectione simpliciter saepe vacillat.

Item: Intellectuale videtur dicere gradum supremum determinati generis ut substantiae. Unde igitur concluditur quod est perfectio simpliciter? De passionibus entis communi secus est, quia consequuntur omne ens, vel passio communis, vel alterum disiunctorum. Si protervus diceret quod omne denominativum primum cuiuslibet generis generalissimi est perfectio simpliciter, unde inprobaret? Diceret enim quodlibet tale esse melius quocumque impossibile sibi, si intelligitur denominativum quia impossibilia sibi non sunt nisi denominativa eius generis, quae omnia illud excellit. Si intelligatur de substantiis denominatis, in quantum denominata, similiter diceretur: Quia si substantia determinatur, istud determinatum sibi nobilissimum; si non, saltem subiectum quodlibet, et

Dirai: "La sapienza sarebbe migliore per qualunque cosa, se potesse inerirvi, perché per il cane sarebbe meglio, se fosse sapiente". Rispondo: allora sarebbe meglio per il primo angelo, se potesse essere cane, e per il cane, se potesse essere il primo angelo.

Dirai: "Al contrario, ciò distruggerebbe la natura del cane, quindi non è bene per il cane". Rispondo: allo stesso modo 'sapiente' distrugge la sua natura. La differenza sta solo nel fatto che l'angelo distrugge in quanto natura dello stesso genere, 'sapiente' in quanto di genere diverso, e tuttavia impossibile, perché tale da determinare per sé come soggetto una natura impossibile dello stesso genere, e a ciò a cui ripugna in primo luogo un soggetto, ripugna per sé, anche se non in primo luogo, una passione del soggetto⁷⁴. — Il linguaggio comune a proposito della perfezione in senso assoluto è spesso vacillante.

Inoltre, l'intellettualità sembra indicare il grado supremo di un genere determinato, come quello della sostanza. Da che cosa si concluderà che è una perfezione in senso assoluto? Le cose stanno diversamente a proposito delle proprietà dell'ente in comune, perché queste conseguono da ogni ente o in quanto proprietà comuni o in quanto proprietà disgiuntive. Se un ostinato dicesse che ogni denominativo primo di qualsiasi genere generalissimo è una perfezione in senso assoluto, come lo confuterei? Direbbe infatti che tutto ciò che è tale è meglio di tutto ciò che è impossibile con esso, se lo si prende denominativamente, perché le cose impossibili con esso non sono se non denominative nel loro proprio genere, e sono tutte eccedute da quello. Se ci si riferisce alle sostanze denominate, in quanto denominate, si potrebbe dire allo stesso modo: se la sostanza è determinata, esso⁷⁵ determina per sé ciò che è più nobile; se così non è⁷⁶, nondimeno qualunque soggetto, in quanto viene denominato

quantum denominatur isto, est melius quolibet, in quantum denominatur alio sibi impossibile.

59. QUINTA CONCLUSIO: *Primum causans, quidquid causat, contingenter causat.*

Probatur: Quia quod immediate causat, contingenter causat – ex tertia probatione quartae praemissae; igitur quodlibet, quia contingens non praecedit naturaliter necessarium nec necessarium dependet a contingente.

Item ex volitione finis: Non necessario est aliquid volitum nisi illud sine quo non stat illud quod est volitum circa finem. Deus amat se ut finem; et quidquid circa se ut finem amat, stare potest, si nihil aliud ab ipso sit, quia necessarium ex se a nullo dependet; igitur ex volitione nihil aliud necessario vult; igitur nec causat necessario.

Contra: 'Velle aliud' est idem primo; igitur necessario esse; igitur non contingens.

Item: Si tertia probatio praemissae, cui ista innititur bene tenet, igitur nulla est contingentia cuiuscumque causae secundae in causando nisi contingentia primi in volendo; quia sicut necessitas primi in volendo concludit necessitatem cuiuscumque alterius in causando, ita determinatio eius in volendo concluderet determinationem cuiuscumque alterius in causando. Sed determinatio eius in volendo est aeterna: igitur quaecumque causa secunda priusquam agat est determinata, ita quod non est in potestate eius determinari ad oppositum.

Hoc ulterius declaratur; quia si in potestate huius est determinare se ad oppositum, igitur cum determinatione

da esso, è migliore di un qualunque altro soggetto che venga denominato da ciò che è impossibile con quello.

59. QUINTA CONCLUSIONE: *il primo causante causa in modo contingente tutto quel che causa.*

Si dimostra, perché esso causa in modo contingente ciò che causa in modo immediato, come risulta dalla terza prova della quarta conclusione precedente; dunque anche qualunque altra cosa, perché il contingente non precede naturalmente il necessario, né il necessario dipende dal contingente.

E si dimostra anche a partire dalla volizione del fine: necessario è solo ciò che si vuole in quanto senza di esso non si dà ciò che è voluto in rapporto al fine. Ora, Dio ama se stesso come fine e tutto ciò che ama di se stesso come fine può esserci senza che nulla esista fuori di Lui, perché ciò che è necessario per sé non dipende da nulla; quindi, in base alla sua volizione, non vuole nient'altro in modo necessario, e dunque neppure causa in modo necessario.

Contro: 'volere altro' è identico al primo; dunque, è essere necessario; dunque, non è contingente.

Inoltre, se la terza prova della conclusione precedente, su cui questa si fonda, tiene bene, allora non si dà alcuna contingenza di una qualunque causa seconda, nel causare, o meno che non vi sia contingenza del primo nel volere, poiché come la necessità del primo nel volere implica la necessità di ogni altra cosa nel causare, così la sua determinazione nel volere implicherebbe la determinazione di ogni altra cosa nel causare. Ma la sua determinazione nel volere è eterna: quindi, ogni causa seconda, prima di agire, è determinata, così che non è in suo potere di determinarsi per l'opposto.

Ciò può essere chiarito ulteriormente: se [la causa seconda] ha il potere di determinarsi per l'opposto, allora

primae causae in volendo stat istius indeterminatio in causando, quia non est in potestate eius facere primam causam indeterminatam; et sicut cum determinatione primae stat indeterminatio huius, ita videtur quod cum necessitate eius stat possibilitas et non-necessitas istius. Vel igitur tertia probatio nihil valet, vel voluntas nostra non videtur esse libera ex se ad opposita.

Item: Si prima determinata determinat, quomodo potest aliqua causa secunda movere ad aliquid aliquo modo, ad cuius oppositum prima moveret si moveret, sicut est de voluntate nostra peccante?

Item quarto: Omne efficere erit contingens, quia dependet ab efficientia primi quae est contingens.

Ista sunt difficilia, quorum plena et plana solutio multa narrari et declarari requirit. Quaerantur in quaestione quam de scientia Dei respectu futurorum contingentium disputavi.

60. SEXTA CONCLUSIO: *Primam naturam amare se est idem naturae primae.*

Hanc probo sic: Causalitas et causatio causae finalis est simpliciter prima – ex quarta secundi; et ideo causalitas primi finis et eius causatio est penitus incausabilis secundum quamcumque causationem in quocumque genere causae. Causalitas autem primi finis est: ‘movere primum efficiens ut amatum’, quod est idem isti: ‘primum efficiens amare primum finem’. Nihil aliud est: ‘obiectum amari a voluntate’, nisi: ‘voluntatem amare obiectum’. Igitur: ‘pri-

l'indeterminazione di questa nel causare coesiste con la determinazione della causa prima nel volere, dal momento che la causa seconda non ha il potere di rendere indeterminata la causa prima. E come la sua indeterminazione coesiste con la determinazione della [causa] prima, così sembra che con la necessità di questa possa coesistere la possibilità e la non-necessità di quella. Dunque, o la terza prova non vale, o la nostra volontà non sembra essere di per sé libera rispetto agli opposti.

Inoltre, se la [causa] prima determina, essendo determinata, come può qualche causa seconda muovere, in qualche modo, verso qualcosa, al cui opposto muoverebbe invece la causa prima, se muovesse, come nel caso della nostra volontà quando pecca?⁷⁷

Inoltre, in quarto luogo: ogni causalità efficiente sarà contingente, perché dipende dall'efficienza del primo principio, la quale è appunto contingente.

Queste sono cose difficili, la cui piena e chiara soluzione richiede che siano esposte e chiarite molte altre cose. Le si ricerchino nella questione che ho disputato intorno alla scienza di Dio nei confronti dei futuri contingenti.

60. SEXTA CONCLUSIONE: *l'atto con cui la natura prima ama se stessa è identico alla natura prima.*

La provo in questo modo: la causalità e la causazione della causa finale sono assolutamente prime, come risulta dalla quarta conclusione del secondo capitolo, e pertanto la causalità del primo fine e la sua causazione sono assolutamente incausabili, secondo qualunque causazione in qualunque genere di causa. Ma la causalità del primo fine è: “muovere il primo efficiente in quanto amato”, il che equivale a dire: “il primo efficiente ama il primo fine”. “Un oggetto è amato dalla volontà” non vuol dire altro se non che “la volontà ama un oggetto”. Dunque, il fatto che

num efficiens amare primum finem' est penitus incausabile, et ita ex se necesse esse – ex quinta tertii; et ita erit idem naturae primae – ex sexta eiusdem; et deductio patet in decima quinta tertii.

Deducitur aliter, et in idem redit: Si 'primum amare se est aliud a prima natura, igitur est causabile – ex decima nona tertii; igitur effectibile – ex quinta secundi; ergo aliquid aliquo per se efficiente – ex probatione quartae huiusmodi ergo ab amante finem – ibidem. Igitur 'primum amare se esset causatum ex aliquo amore finis priore isto causato quod est impossibile.

61. Hoc Aristoteles ostendit 12° Metaphysicae de intelligere: alias primum non erit optima substantia, quia per intelligere est honorabile; alias laboriosa erit continuatio, quia si non sit illud, sed in potentia contradictionis ad illud, ad illam sequitur labor, secundum ipsum.

Istae rationes possunt declarari. Prima: quia, cum omnis entis in actu primo ultima perfectio sit in actu secundo quo coniungitur optimo, maxime si sit activum non tantum factivum – omne autem intellectuale est activum, et prima natura est intellectualis, ex praemissa – se-

"il primo efficiente ami il primo fine" è assolutamente incausabile, e così è di per sé essere necessario – come risulta dalla quinta conclusione del terzo capitolo; e così sarà identico alla natura prima – in base alla sesta conclusione dello stesso terzo capitolo; e la deduzione risulta evidente nella quindicesima conclusione, sempre del terzo capitolo.

Si può dedurre anche diversamente, e si ritorna alla stessa cosa: se il fatto che "il primo ama se stesso" fosse differente dalla natura prima, sarebbe allora causabile – come risulta dalla diciannovesima conclusione del terzo capitolo; e, quindi, sarebbe anche producibile come effetto – come appare dalla quinta conclusione del secondo capitolo; dunque, producibile come effetto da una causa efficiente per sé – come risulta dalla prova della quarta conclusione di questo capitolo; dunque, da [una causa] che ama il fine – come risulta dallo stesso luogo. Dunque, il fatto che "il primo ama se stesso" sarebbe causato da un amore del fine anteriore a questo causato, il che è impossibile.

61. Questo⁷⁸ è ciò che dimostra Aristotele nel XII libro della *Metafisica*⁷⁹ a proposito del pensare: in caso contrario, il primo non sarebbe la sostanza migliore, perché la sua nobiltà gli deriva dal pensare; in caso contrario, l'esercizio continuo [del pensiero] risulterebbe faticoso, perché se [il primo] non coincidesse con quello, ma fosse in potenza di contraddizione nei suoi confronti, ciò comporterebbe fatica, secondo la sua opinione.

Queste ragioni possono essere chiarite. La prima: poiché la perfezione ultima di ogni ente nel suo atto primo (soprattutto se attivo, e non solo fattivo) risiede nell'atto secondo tramite cui si unisce a ciò che è migliore; e poiché ogni natura intellettuale è attiva e la natura prima è

quitur quod eius ultima perfectio est in actu secundo. Igitur si ille non est eius substantia, non est eius substantia optima, quia aliud est suum optimum.

Secunda: quia potentia solummodo receptiva est contradictionis; igitur. – Tamen nec ista secunda secundum Aristotelem est demonstratio, sed tantum probabilis ratio. Unde praemittit: "Rationale est", etc.

Aliter ostenditur ex identitate potentiae et obiecti inter se; igitur actus est idem eis. – Consequentia non valet; in substantia: Angelus intelligit se, amat se; actus tamen non est idem substantiae.

62. Haec conclusio fecunda est in corollariis. Nam sequitur primo quod voluntas est idem primae naturae, quia velle non est nisi voluntatis; igitur illa est incausabilis; ergo etc. Similiter: Velle intelligitur quasi posterius, et tamen velle est idem illi naturae; igitur magis voluntas. Sequitur secundo quod intelligere se est idem illi naturae, quia nihil amatur nisi cognitum; ergo intelligere est necesse esse esse se; similiter quasi propinquior est illi naturae quam velle. Sequitur tertio quod intellectus est idem illi naturae, sicut prius de voluntate ex velle argutum est. Sequitur quod ratio intelligendi se est idem sibi, quia necesse esse ex se, et quasi praeintelligitur ipsi intellectioni.

intellettuale, in base alla conclusione precedente⁸⁰, ne risulta che la sua perfezione ultima consiste nell'atto secondo. Se dunque questo non si identificasse con la sua sostanza, essa non sarebbe la migliore, perché qualcos'altro sarebbe ciò che è migliore per essa.

La seconda: una potenza esclusivamente recettiva è potenza di contraddizione, dunque. – Tuttavia, secondo Aristotele, questa seconda non è una [vera e propria] dimostrazione, ma solo una ragione probabile. Per questo premette: «è ragionevole ecc.»⁸¹.

Si dimostra diversamente sulla base dell'identità reciproca tra la potenza e l'oggetto; dunque l'atto è identico ad essi⁸². – Ma la conseguenza non vale; obiezione: l'angelo conosce se stesso, ama se stesso e tuttavia il suo atto non è identico alla sostanza.

62. Questa conclusione dà origine a diversi corollari. Ne consegue infatti in primo luogo che la volontà è identica alla natura prima, poiché il volere non appartiene che a una volontà; dunque, essa è incausabile; dunque ecc.. Analogamente, il volere si concepisce come in qualche modo posteriore [rispetto alla volontà], e, tuttavia esso è identico a tale natura; a maggior ragione la volontà. In secondo luogo, ne consegue che il pensare se stesso è identico con tale natura, poiché nulla viene amato se non è conosciuto; dunque, il pensare è essere necessario per sé; analogamente, è quasi più vicino a tale natura che il volere. In terzo luogo, ne consegue che l'intelletto è identico a tale natura, così come si è argomentato in precedenza per la volontà a partire dal volere. Ne consegue che la ragione per la quale pensa se stessa è identica a essa, perché è essere necessario per sé, e precede in qualche modo lo stesso pensiero.

63. SEPTIMA CONCLUSIO: *Nullum intelligere potest esse accidens primae naturae.*

Probatur: quia illa natura prima ostensa est in se esse primum effectivum; igitur ex se habet unde potest quodcumque causabile causare – circumscripto alio quocumque – saltem ut prima causa illius causabilis. Sed circumscripta cognitione eius non habet unde possit illud causare; igitur cognitio cuiuscumque non est aliud a sua natura. – Assumptum ultimum probatur: quia nihil potest causare nisi ex amore finis, volendo illud, quia non potest esse aliter per se agens, quia nec propter finem. Ipsa autem velle alicuius propter finem praeintelligitur intelligere ipsum; igitur ante primum signum quo intelligitur causans sive volens necessario praeintelligitur intelligens A, et ita sine hoc non potest per se efficere A, et ita de aliis.

64. Item: Omnes intellectiones eiusdem intellectus habent similem habitudinem ad intellectum, secundum identitatem essentialem vel accidentalem: patet de quocumque intellectu creato. Quod ostenditur: quia videntur perfectiones eiusdem generis; igitur si aliquae habent receptivum, et omnes habent idem, et ita si aliqua est accidens, et quaelibet. Aliqua non potest esse accidens in primo – ex praecedente; igitur nulla.

Item: Intelligere, si quod potest esse accidens, recipitur in intellectu ut in subiecto; igitur et intelligere, quod est idem sibi et ita perfectius intelligere, erit potentia receptiva respectu imperfectioris.

Item: Idem intelligere potest esse plurium obiectorum ordinatorum; igitur quanto perfectior, tanto plurium; ergo

63. SETTIMA CONCLUSIONE: *il pensare non può mai essere un accidente della natura prima.*

Si prova: si è mostrato che la natura prima è in sé il primo efficiente; dunque, possiede da se stessa – prescindendo da qualunque altra cosa – quanto occorre per causare qualsivoglia causabile, almeno in quanto causa prima di quel causabile. Ma escludendo la conoscenza [di un tale effetto], non avrebbe la possibilità di causarlo, dunque, la conoscenza di ogni altra cosa non è diversa dalla sua natura. – Si prova l'ultimo assunto: niente può causare se non per amore di un fine, volendo quest'ultimo, perché non potrebbe essere in altro modo un agente per sé, se non in vista di un fine. Ma il volere qualcosa in vista di un fine presuppone che venga compreso con il pensiero; quindi, prima del primo segno con cui viene inteso come causante o volente, si deve presupporre che pensi A, e senza di ciò non può, di per sé, produrre A, e così per il resto.

64. Inoltre, tutti i pensieri di uno stesso intelletto possiedono con esso una relazione simile, secondo un'identità essenziale o accidentale: è evidente per qualunque intelletto creato. Lo si mostra: sembrano perfezioni dello stesso genere; dunque, se alcune hanno un [principio] ricettivo, tutte lo avranno, e se una è un accidente, anche le altre lo saranno. Ma [almeno] qualcuna non può essere un accidente nel primo, come risulta dalla conclusione precedente; quindi, non lo sarà nessuna.

Inoltre: se qualche atto di pensiero può essere un accidente, sarà ricevuto nell'intelletto come nel proprio soggetto; dunque, anche il pensare che è identico ad esso⁸³ e che è un pensare più perfetto sarà una potenza ricettiva rispetto a ciò che è imperfetto.

Inoltre: uno stesso atto di pensiero può riferirsi a più oggetti ordinati; dunque, quanto più è perfetto, a tanti più

perfectissimum, quo impossibile est esse perfectius intelligere, erit idem omnium intelligibilium. Intelligere primi est sic perfectissimum – ex secunda huius; igitur idem est omnium intelligibilium; et illud quod est sui, est idem sibi – ex proxima praecedente; ergo, etc.

Eandem conclusionem intellige de velle.

65. Item sic arguitur: Ille intellectus nihil est nisi quoddam intelligere; ille intellectus est idem omnium, ita quod non potest esse alius alterius obiecti; igitur nec intelligere aliud, vel igitur idem intelligere est omnium. – Respondo: Fallacia est accidentis ex identitate aliquorum inter se absolute concludere identitatem respectu tertii, respectu cuius extraneantur. Exemplum: Intelligere illud est velle; igitur si ipsum est intelligere alicuius, ipsum est velle eiusdem. Non sequitur; sed est velle, quod quidem velle est aliquid eiusdem, quia intelligere eiusdem, ita quod divisim potest inferri, non coniunctim, propter accidens.

Item sic arguitur: Intellectus primi habet unum actum adaequatum sibi et coeternum, quia intelligere sui est idem sibi; igitur non potest habere alium. – Consequentia non valet: Instantia de beato simul vidente Deum et tamen aliud; etiam si videat deum secundum ultimum capacitatis suae, ut ponitur de anima Christi, adhuc potest videre aliud.

Item arguitur: Intellectus ille habet in se per identitatem perfectionem maximam intelligendi; igitur et omnem

oggetti [potrà riferirsi]; dunque, il più perfetto, di cui è impossibile pensare un essere più perfetto, sarà lo stesso per tutti gli intelligibili. Il pensare del primo è perfetto proprio in questo modo – come risulta dalla seconda conclusione di questo capitolo; dunque, sarà lo stesso per tutti gli intelligibili; e quello che si riferisce a sé, è identico a sé – come risulta dalla conclusione immediatamente precedente; dunque...⁸⁴

Intendi questa stessa conclusione anche per il volere.

65. Inoltre si argomenta in questo modo: questo intelletto non è nulla se non un certo pensare; esso è lo stesso per tutti gli oggetti, così da non poter risultare diverso per oggetti diversi; dunque, anche il pensare non sarà diverso, ovvero sarà identico per tutti gli oggetti. – Rispondo: è una 'fallacia dell'accidente'⁸⁵ dedurre in senso assoluto, dall'identità di alcune cose tra loro, l'identità rispetto a una terza, a cui risultano estranee. Ad esempio: quel pensare è un volere, dunque se questo è il pensare di un dato ente, questo stesso è il volere di quello stesso ente. Non segue; ma è un volere, e questo volere appartiene a uno stesso ente perché il pensare è di quello stesso ente, così che l'inferenza si possa fare in senso diviso, ma non in senso congiunto, perché [la connessione] è accidentale⁸⁶.

Inoltre si argomenta in questo modo: l'intelletto del primo ha un atto proporzionato a sé e coeterno a se stesso perché il pensare se stesso è identico a sé; quindi, non può averne un altro. – La conseguenza non vale: si pensi al beato che contempla, nello stesso tempo, Dio e tuttavia anche altre cose; anche se vede Dio secondo l'ultimo grado della sua capacità, come si pone per l'anima di Cristo, può ancora vedere altre cose.

Inoltre si argomenta: quell'intelletto possiede in sé, per identità, la massima perfezione del pensare; dunque,

aliam. – Respondeo: Non sequitur; quia alia, quae minor est, potest esse causabilis et ideo differre ab incausabili maxima non potest.

66. OCTAVA CONCLUSIO: *Intellectus primi intelligit actum suum semper et necessario et distincte quodcumque intelligibile prius naturaliter quam illud sit in se.*

Prima pars probatur sic: Potest cognoscere quodcumque intelligibile sic, quia hoc est perfectionis in intellectu posse distincte et actu intelligere, immo necessarium ad rationem intellectus, quia omnis intellectus est totius entis communissime sumpti, ut alibi declaravi; nullam autem intellectionem potest habere nisi eandem sibi – ex proxima; igitur cuiuslibet intelligibilis habet intelligere actuale et distinctum, et hoc idem sibi.

Arguitur etiam prima pars aliter per hoc, quod artifex perfectus distincte cognoscit omne agendum antequam fiat; alias non perfecte operaretur, quia cognitio est mensura iuxta quam operatur; ergo Deus omnium producibilium a se habet notitiam distinctam actualem, vel habitualementem saltem, et priorem eis. – Instatur, quia ars universalis sufficit ad singularia producenda.

Secunda pars de prioritatem probatur sic: Quidquid est idem sibi, est necesse esse ex se – ex quinta tertiū et prima quarti. Sed esse aliorum a se intelligibilium est non necesse esse – ex sexta tertiū; necesse esse ex se est prius naturaliter omni non necessario.

anche ogni altra perfezione [dello stesso pensare]. – Rispondo: non segue, perché un'altra, in quanto inferiore, può essere causabile e risultare così differente da quella incausabile; la perfezione massima non lo può.

66. OTTAVA CONCLUSIONE: *l'intelletto del primo pensa in atto, sempre, necessariamente e distintamente ogni intelligibile, prima (per natura) che questo sia in se stesso.*

La prima parte si prova così: esso può conoscere ogni intelligibile in tal modo, perché è una perfezione dell'intelletto poter pensare distintamente e in atto, anzi, è una necessità per la ragione dell'intelletto, perché ogni intelletto si riferisce alla totalità dell'ente preso nel senso massimamente comune, come ho spiegato altrove⁸⁷. Ora, [l'intelletto del primo] non può avere alcuna intelligenza se non quella che è identica con esso – come risulta dalla conclusione precedente; dunque, esso pensa in modo attuale e distinto ogni intelligibile, e tale pensare è identico a esso.

La prima parte viene anche argomentata diversamente sulla base del fatto che l'artefice perfetto conosce distintamente tutto ciò che può operare prima che sia realizzato, altrimenti non agirebbe perfettamente, perché la conoscenza è la misura secondo cui opera; dunque, di tutto ciò che può produrre, Dio possiede una conoscenza distinta attuale, o almeno abituale, e anteriore ad esso. – Si obietta: l'arte universale è sufficiente a produrre i singolari.

La seconda parte, relativa all'antiorità si prova in questo modo: tutto ciò che è identico al primo, è essere necessario per sé – come risulta dalla conclusione quinta del terzo capitolo e dalla prima del quarto. Ma l'essere degli intelligibili distinti da esso non è essere necessario – come risulta dalla sesta conclusione del terzo capitolo; l'essere necessario per sé è, per natura, anteriore rispetto a tutto ciò che non è necessario.

Probatur aliter: quia esse omnis alterius a se dependet ab ipso ut a causa – ex decima nona tertii; et ut causa est alicuius talis, necessario includitur cognitio eius ex parte causae; igitur illa prior est naturaliter ipso esse cogniti.

67. O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae tuae, deus, qua omne intelligibile comprehendis! Numquid intellectu meo parvo poteris concludere:

NONA CONCLUSIO: *Te esse infinitum et incomprehensibilem a finito?*

Tentabo inferre conclusionem valde fecundam, quasi in principio fuisset de te probata, praedictorum quam plurima faciliter patuissent. Infinitatem igitur tuam, si annuas, ex dictis de intellectu tuo primo conabor inferre deinde alia quaedam adducam, an valeant vel non valeant ad concludendum propositum, inquirendo.

68. Nonne, domine deus, intelligibilia sunt infinita, et haec actu in intellectu actu omnia intelligente? Igitur intellectus illa simul actu intelligens est infinitus. Talis est tuus, deus noster, ex septima iam praemissa; igitur et natura cui intellectus est idem est infinita.

Huius enthymematis ostendo antecedens et consequentiam. Antecedens: Quaecumque sunt infinita in potentia, id est in accipiendo alterum post alterum nullum possunt habere finem, illa omnia, si simul actu sunt, sunt

Si prova in altro modo: l'essere di tutto ciò che è distinto dal primo dipende da esso come dalla propria causa – come risulta dalla diciannovesima conclusione del terzo capitolo; in quanto causa di qualcosa del genere, include necessariamente in sé la conoscenza di esso dalla parte della causa; [tale conoscenza] è dunque anteriore, per natura, allo stesso essere del conosciuto.

67. O profondità delle ricchezze della tua sapienza e della tua scienza, Dio, attraverso cui comprendi ogni intelligibile! Potrai forse mostrare al mio piccolo intelletto [questa]

NONA CONCLUSIONE: *Tu sei infinito e incomprendibile dal finito.*

Tenterò di inferire questa conclusione assai feconda, che se fosse stata dimostrata, per quel che Ti riguarda, fin dal principio, avrebbe reso facilmente evidenti la maggior parte delle cose che sono state dette. Se me lo concedi, cercherò, dunque, di inferire la Tua infinità a partire da quanto è stato detto a proposito del Tuo intelletto; in seguito addurrò altri argomenti, esaminando se valgano o meno per dimostrare ciò che ci siamo proposti.

68. Signore, non sono forse infiniti gli intelligibili e non mi trovano, forse, in atto nell'intelletto che conosce in atto ogni cosa? Dunque, l'intelletto che li pensa in atto simultaneamente è infinito. Tale è il Tuo intelletto, Dio nostro, come risulta dalla settima conclusione già premessa; dunque, anche la natura con cui tale intelletto è identico è infinita.

Mostro l'antecedente e la conseguenza di questo entimema⁸⁸. L'antecedente: tutte le cose che sono infinite in potenza, cioè che non possono avere alcuna fine se vengono prese una dopo l'altra, se sono simultaneamente in

actu infinita. Intelligibilia sunt huiusmodi respectu intellectus creati, sicut patet; et in tuo sunt simul omnia actu intellecta, quae a creato sunt successive intelligibilia; igitur ibi sunt actu infinita intellecta.

Huius syllogismi probo maiorem, licet satis evidens videatur: quia omnia talia acceptibilia, quando sunt simul existentia, aut sunt actu infinita aut actu finita; si actu finita, ergo accipiendo alterum post alterum tandem omnia possunt esse accepta; igitur si non possunt esse accepta omnia, si actu simul sunt, sunt actu infinita.

Consequentiam enthymematis ita probo: Quando pluralitas requirit vel concludit maiorem perfectionem quam paucitas, infinitas numeralis concludit infinitam perfectionem. Exemplum: Posse ferre decem maiorem perfectionem requirit virtutis motivae quam posse ferre quinque; ideo posse ferre infinita concludit infinitam virtutem motivam. Ergo in proposito, cum posse simul intelligere duo distincte maiorem perfectionem intellectu concludat quam posse unicum intelligere, sequitur propositum.

Hoc ultimum probo: quia requiritur applicatio et determinata conversio intellectus ad intelligibile distincte intelligendum; ergo si ad plura potest applicari, ad quodlibet est illimitatum, et ita ad infinita applicabilis est omnino illimitatus.

Similiter probo propositum saltem de intelligere, ex quo sequitur propositum de intellectu. Nam cum intelligere A sit aliqua perfectio, et intelligere B sit similiter ali-

atto, sono infinite in atto. Gli intelligibili sono di questo tipo⁸⁹ rispetto all'intelletto creato, com'è evidente; ma tutte le cose che risultano intelligibili in modo successivo per l'intelletto creato, sono pensate simultaneamente in atto nel Tuo intelletto, dove dunque si trovano in atto infinite cose pensate.

Provo la maggiore di questo sillogismo, per quanto appaia sufficientemente evidente: quando tutte le cose così ricevibili (una dopo l'altra) esistono simultaneamente, o sono infinite in atto o sono finite in atto; se sono finite in atto, allora, prendendole una dopo l'altra, a un certo momento verrebbero prese tutte; dunque, se non possono essere prese tutte in atto, e sono simultaneamente in atto, sono infinite in atto.

Provo la conseguenza dell'enthymema in questo modo: se ciò che è molteplice richiede o implica una perfezione maggiore di ciò che è scarso, allora l'infinità numerica implica una perfezione infinita. Ad esempio: il poter trasportare dieci [cose] implica una maggiore perfezione della potenza motrice che il poter[ne] trasportare cinque; pertanto, il poterne trasportare infinite implica una potenza motrice infinita. Così in proposito: poiché il poter pensare simultaneamente in modo distinto due cose implica una maggiore perfezione dell'intelletto che il poterne pensare una sola, ne consegue ciò che ci proponevamo. Provo quest'ultimo punto: per pensare in modo distinto un intelligibile, si richiede un'applicazione e una determinata conversione dell'intelletto nei suoi confronti; dunque, se può applicarsi a molti, non è limitato ad alcuno di essi, e così, potendo applicarsi a infiniti, è assolutamente illimitato.

In modo simile dimostro ciò che ci proponiamo almeno a riguardo del pensare, da cui segue lo stesso proposito anche per l'intelletto. Infatti, se pensare A è una

qua perfectio, numquam idem intelligere est ipsius A et B aequae distincte ut duae essent, nisi perfectiones duorum intelligere includantur; et sic de tribus, et ultra.

69. Dicitur: Quando per eandem rationem intelligendi multa intelliguntur, non concluditur maior perfectio ex pluralitate.

Aliter: quod ratio de intelligere concludit, quando illa plura intelligere nata essent habere perfectiones formales distinctas, quales non sunt intellectiones nisi diversarum specierum. Tales non sunt infinitae intelligibiles, sed individua, quorum plurium intellectiones, quia non alias perfectiones formales dicunt, non concludunt maiorem perfectionem actus, qui est respectu plurium talium.

Contra primum: quia et de ipsa ratione intelligendi arguitur sicut de intellectu et actu, quia maior perfectio concluditur ex pluralitate illorum, quorum est ratio intelligendi, quia oportet quod includat eminenter perfectiones omnium propriarum rationum intelligendi, quarum quaelibet secundum propriam rationem aliquam perfectionem ponit; igitur infinitae concludunt infinitam.

Contra secundam responsionem: Individua in ratione universalis imperfecte intelliguntur, quia non secundum quidlibet entitatis positivae in eis, sicut in quaestione de individuazione ostendi; ergo intellectus intelligens quidlibet intelligibile secundum omnem rationem intelligibilitatis positivae intelligit distinctas entitates positivae.

qualche perfezione, e pensare B è analogamente una qualche perfezione, il medesimo atto di pensiero non potrebbe mai riferirsi ad A e B in modo ugualmente distinto, così da avere le due perfezioni, se non includesse le perfezioni di due atti di pensiero; e così per tre e più⁹⁰.

69. Si dirà che, quando più cose sono pensate per mezzo della stessa ragione intelligibile, la pluralità non implica una perfezione maggiore.

O in altro modo: l'argomento relativo al pensare risulta valido solo quando quei molteplici atti di pensiero possono avere perfezioni formali distinte, così come accade per le intellezioni di specie diverse. Ma queste non rappresentano un numero infinito di intelligibili infiniti; gli individui invece sono infiniti, ma poiché le molteplici intellezioni relative a questi ultimi non dicono perfezioni formali diverse, esse non implicano una maggiore perfezione dell'atto che riguarda una tale molteplicità.

Contro la prima [obiezione]: si argomenta a proposito della ragione intelligibile allo stesso modo che per l'intelletto e l'atto [del pensare], ovvero si deduce una maggiore perfezione dalla pluralità di ciò di cui è ragione intelligibile, poiché è necessario che essa includa in modo eminente le perfezioni di tutte le ragioni intelligibili proprie, ciascuna delle quali comporta, secondo la propria ragione, una qualche perfezione; dunque infinite [perfezioni] concludono a una [perfezione] infinita.

Contro la seconda risposta: attraverso una ragione universale gli individui sono conosciuti in modo imperfetto perché – come ho mostrato nella questione relativa all'individuazione⁹¹ – non [sono conosciuti] secondo ogni aspetto della loro entità positiva; dunque, un intelletto che pensa qualunque intelligibile secondo l'intera ragione della sua intelligibilità positiva, pensa le diverse entità po-

plurium individuorum, quae maiorem perfectionem ponunt in intellectione quam intellectio unius illorum; quia intellectio cuiuscumque entitatis absolutae positivae, ut est illius, est aliqua perfectio; alias illa non existente intellectus non esset minus perfectus, nec intelligere; ergo non oportet illud ponere in intellectu divino, quod excluditur per octavam.

Item: Infinitas intelligibilium specie concluditur ex numeris et figuris; confirmatur per Augustinum 12° de civ. cap. 18°.

70. Secundo propositum sic ostendo: Causa prima, cui secundum ultimum suae causalitatis causa secunda aliquid perfectionis addit in causando, non videtur posse sola ita perfecte effectum causare sicut ipsa cum secunda, quia causalitas sola primae diminuta est respectu causalitatis simul ambarum. Igitur si illud, quod natum est esse a causa secunda et prima simul, sit multo perfectius a sola prima, secunda nihil perfectionis addit primae. Sed omni finito aliud additum addit aliquam perfectionem. Ergo talis causa prima est infinita.

Ad propositum: Notitia cuiuscumque nata est gigni ab ipso sicut a causa proxima, et maxime illa quae est visio. Igitur si illa alicui intellectui inest sine actione quacunque talis obiecti, tantummodo ex virtute alterius obiecti prioris quod natum est esse causa superior respectu talis cognitionis, sequitur quod illud obiectum superius est infinito in cognoscibilitate, quia inferius nihil sibi addit in

sitive di più individui, che conferiscono a tale intellectione una perfezione maggiore rispetto all'intellectione di uno solo di essi. L'intellectione di qualunque entità positiva assoluta, in quanto tale, è infatti una certa perfezione. Se così non fosse, tanto l'intelletto quanto l'atto del pensare non sarebbero meno perfetti in mancanza di essa, e dunque non sarebbe necessario porre ciò⁹² nell'intelletto divino, il che è stato escluso dall'ottava conclusione.

Inoltre, l'infinità degli intelligibili secondo la specie si ricava dai numeri e dalle figure, ed è confermata da Agostino nel XII libro de *La città di Dio*, capitolo 18⁹³.

70. Mostro quel che ci proponiamo⁹⁴ in secondo luogo così: una causa prima a cui, nell'ultimo grado della sua causalità, una causa seconda aggiunge una qualche perfezione nel causare, non sembra poter da sola causare così perfettamente il proprio effetto come quando è con la seconda, perché la sola causalità della prima è qualcosa di meno rispetto alla causalità simultanea di entrambe. Dunque, se ciò che può essere prodotto insieme dalla causa seconda e dalla prima, viene prodotto molto più perfettamente dalla sola prima, la seconda non aggiunge alcuna perfezione alla prima. Ma tutto ciò che si aggiunge a ogni finito, aggiunge qualche perfezione. Dunque una causa prima di questo tipo è infinita.

Per il nostro proposito: la conoscenza di una qualunque cosa è tale da poter essere generata da essa come dalla sua causa prossima, e soprattutto quella [conoscenza] che è la visione⁹⁵. Dunque, se questa conoscenza è presente in un intelletto senza alcuna azione da parte di un oggetto tale, ma soltanto in virtù di un altro oggetto anteriore che è tale da essere la causa superiore di quella conoscenza, ne consegue che questo oggetto superiore è infinito nella conoscibilità, perché l'inferiore non aggiunge nulla alla

cognoscibilitate. Tale obiectum superius est natura prima, quia ex sola praesentia eius apud intellectum primi, nullo alio obiecto concausante, est notitia cuiuscumque obiecti in intellectu – ex septima huius – et perfectissima – ex secunda huius. Igitur nullum aliud intelligibile aliquid sibi addit in cognoscibilitate; igitur est infinitum; sic igitur et in entitate, quia unumquodque, sicut ad esse, sic ad cognoscibilitatem.

71. Hic instatur: Igitur nulla causa secunda, quae est finita, potest facere notitiam causati ita perfectam sicut nata est causari ab ipsomet causato; quod falsum est, quia cognitio per causam est perfectior quam rei ex se sine causa.

Item: Ex hoc quod causa prima aequè perfecte causat sine secunda sicut cum illa, non videtur sequi nisi quod perfectionem secundae habeat perfectius quam ipsa secunda; hoc non videtur concludere infinitatem, quia finita perfectio potest esse eminentior perfectione causae secundae.

Item: Licet nihil addat in causando primae causanti secundum ultimum potentiae, quomodo probatur quod nihil addit in essendo? Nam in causando lumen in medio, si iste sol causaret quantum medium posset recipere, alius sol nihil adderet; tamen in essendo esset additio. Ita in intellectu primi est notitia quanta potest inesse ex praesentia naturae primae ut obiecti; secunda igitur causa nihil

sua conoscibilità. Tale oggetto superiore è la natura prima, perché in virtù della sua sola presenza all'intelletto del primo, senza che nessun altro oggetto funga da concausa, si ottiene la conoscenza di qualunque oggetto nell'intelletto – come risulta dalla settima conclusione di questo capitolo –, e la conoscenza più perfetta – sulla base della seconda conclusione di questo capitolo. Dunque, nessun altro intelligibile aggiunge qualcosa alla sua conoscibilità; dunque, è infinito, ed è infinito anche nell'entità, perché qualunque cosa sta all'essere come alla conoscibilità⁹⁶.

